

effectus sunt, & valor uniuscujusque juris separatim non attingit valorem, & estimationem trium millium duplarum in proprietate, vel sex millium in possessione, & tamen si simul jungantur superant, vel saltem attingunt prædictam summam, tunc lata secunda sententia de *Revista*, ab ea secunda supplicatio interponi poterit: nam si una actione, vel sententia sint comprehensæ plures species, vel summæ, quarum singula de *per se* non accedunt ad valorem necessarium, & requisitum, ut ad Principem interponi possit appellatio, tamen omnes simul junctæ faciunt notionem Principis (id est, quod accedunt ad valorem necessarium, ut ad Principem interponi possit appellatio) tunc bene poterit appellatio ad Principem interponi: (b) ergo idem dicendum erit in casu nostro, cum prædicta jura, & præminencia una actione, & eodem jure proveniente à jurisdictione comprehendantur, & eadem sit lis, & sententia promulgata super omnibus, & omnia simul erunt attendenda ad secundam supplicationem admittendam. Confirmatur hoc collateralium ex l. *Si idem cum eodem* in princ. ff. de *Jurisdic. omni. judic.* junctâ gloss. 1. ibi: ubi dicitur, quod si inter eosdem pluribus actionibus actum sit, quarum singularum quantitas sit intra jurisdictionem judicantis, eis autem simul junctis excedit, non erunt simul coacerandæ; sed potius debet Judex de eis cognoscere: & subdit Glossa 1. ibi, illum verum esse, quando pluribus actionibus actum esset; secus vero, si una tantum actione, licet in ea de pluribus quaratur, (i)

71. Præterea adverte, quod quoties agitur super jurisdictione, semper causa censetur ardua absque aliqua taxatione, seu estimatione, ad hoc quod interponi valeat secunda supplicatio; sed genus prædicatur de suis speciebus, (j) 72. & posita specie, genus necessario ponitur (nam animal est genus, homo, equus, bos, & similia species subjeptive, que subjunguntur dicto generi, & ejus prædicamento, quia si dico est homo, necessario consequitur, est animal, (k) & ita remoto genere, remouentur & ejus species, (l) 73. & ad cog-

nitioem specierum debet precedere cognitio generis, (m) 74. & ad positionem generis sequitur positio specierum, saltem affirmative) (n) unde, quando lis tractatur de speciebus jurisdictionis, etiam tractatur de ipsa jurisdictione, & debet judicari causa ardua, & quod in ea locum habeat secunda supplicatio: facit etiam, quia valet argumentum de toto ad partem, (o) & cujus effectus omnibus prodest, & partes ad universos pertinet, (p)

75. Advertendum tamen erit, quod estimatio, & valor requisitus, ut possit interponi secunda supplicatio, considerari debet tempore petitionis rei, quo tempore causa jam debet esse ardua, & res petita ascendere debet ad prædictam millium duplarum summam; nec sufficit, quod tempore sententia creverit valor. (q) Unde si anno millesimo quingentesimo octuagesimo fuit petitus fundus, qui tunc estimabatur duarum millium duplarum, licet non excedat tria millia, non habebit locum supplicatio cum poena: & licet in petitione plura petantur, quarum valor tempore petitionis excedebat valorem trium millium duplarum, & condemnatio fit in rebus omnibus, si tamen supplicatio secunda fit tantum à condemnatione alicujus rei, debet haberi respectus ad valorem ejus tantum, & non ad petitionem, vel condemnationem. (r)

76. Superest videre, pro explicatione supradicti requisiti, quot ducatis, seu argenteis estimanda sint illa tria millia duplarum in proprietatis causis, & sex millia in possessionis, quod etiam conferet ad intellectum poenæ mille quingentarum duplarum solvendæ, quando sententia, à qua fuit supplicatum, confirmaretur. Et pro resolutione hujus articuli dicendum erit, quod valor unius duplæ de Cabeza est ejusdem valoris cum Castellano, prout resolvit Covarruvias: (s) & Castellanus constat sexdecim argenteis, tantique communiter habetur: 77. Unde constat, quod causa super proprietate, cujus valor estimari debet trium millium duplarum, excedere debet, vel attingere quadraginta octo millia argenteorum, seu regalium, & ducatorum quatuor millia trecenta,

ta, & sexaginta quatuor, exceptis quatuor argenteis: causa verò super possessione, ejus proprietates estimanda est sex millium duplarum: 78. quæ nonaginta sex millia regalium constituunt, & octo millia septingenta viginti octo ducatorum constituunt, exceptis octo argenteis. Et in hanc modum intelligendum erit, quanti habenda sit illa poena mille quingentarum duplarum; 79. nam mille quingentæ duplæ de Cabeza constituunt numerum viginti quatuor millium argenteorum, seu regalium, quibus hoc tempore in Castella utimur, qui reducti in ducatos communes undecim argenteorum, constituunt duo millia centum octuaginta sex ducatorum, duobus exceptis argenteis, quod ita practicitur, ut inquit Covarruvias, ubi supra, quamvis non sic particulatim resolvat.

80. Tertio principaliter requiritur, ut interponi possit secunda supplicatio cum poena mille quingentarum duplarum, quod lata sint duæ sententiæ diffinitivæ in ipso Regio Consilio, seu Cancellariis, nec sufficit eas esse interlocutorias habentes vim diffinitivarum, ut clare dispositum est in leg. 7. tit. 20. lib. 4. Recopil. per illam dictionem taxativam *Solamente*, & expressius in leg. 6. ejusdem tit. & lib. ubi omnino hoc auxilium secundæ supplicationis denegatur, & prohibetur interponi ab actibus, & sententiis interlocutoriis, quamvis diffinitivarum vim habeant, & reparari nequeant per diffinitivam. (t)

81. Et intellige, sententiam illam dici interlocutoriam, quæ non diffinitivam principalem articulum, sed media causa respicit, secundum Glossam. (u) Similiter sententia, quæ post se aliam diffinitivam expectat, interlocutoria dicitur, ut notatur in leg. *Post sententiam*, Cod. de *Sent.* & in leg. 1. Cod. *Quando provoc. non est necesse*. Simili modo sententia, quæ non efficit *Judicium esse functum officio suo*, interlocutoria est. (x)

82. Sententia autem interlocutoria habens vim diffinitivam est ea, quæ quasi diffinitivam negotium principale, non tamen in totum diffinit, secundum Panormitanum: (y) & hæc revocari non potest per Judicem proferentem. (z) Ab

hac etiam sententia licet appellare, antequam diffiniatur principale negotium, (a) & nihilominus ab his interlocutoriis sententiis, vel vim diffinitivarum habentibus non datur aditus ad secundam supplicationem cum poena, & fidejussione, ut statuitur prædictis legib.

Sed eis obviare videtur lex 8. & 9. tit. 20. lib. 4. Recopil. ubi si sententiæ duæ proferantur super aliquo possessorio, quæ tamen non sint conformes, & non currant alia requisita, poterit interponi secunda supplicatio; sed sententiæ super possessorio prolatae non sunt diffinitivæ, sed quasi diffinitivæ, & diffinitivarum vim habentes, quia non diffiniunt negotium in totum, siquidem postea super peritorio agi potest, quod probatur in cap. 2. de *Ord. cogn.* & in cap. *Cum venissent*, de *Institution.* ubi, cum ageretur super quodam spolio, & super possessorio, interloquendo pronuntiavit Pontifex, significans sententiam in illo possessorio interlocutoriam esse; ergo falsum erit dicere, quod à sententiis interlocutoriis non possit quis secundo supplicare.

83. Sed his non obstantibus, servanda est decilio dictarum legum 6. & 7. Novæ Recopil. quia verius, & receptius est, sententiam super possessorio diffinitivam esse, quia diffinitivam in totum causam illam super possessione, ita Glossa, (b) pro qua est text. in cap. *Accedens* in princ. *ut lite non contest.* Nec huic communi nocent text. in dict. cap. 2. & cap. *Cum venissent*, qui procedunt, quando questio possessionis inducta est per viam exceptionis, prout ibi fuit mota; cæterum si per viam principalis questionis, & de per se mota fuerit causa possessoria, sententia super ea lata diffinitiva erit. (c)

84. Ex qua resolutione communi decernantur prædictæ leges Regiæ 8. & 9. locum habere, quando possessorium intentatum fuerit principaliter, & super eo prolata fuerint duæ sententiæ diversæ, seu contrariæ, à quibus tanquam à diffinitivis interponi poterit secunda supplicatio; cæterum si possessorium includerent, & per viam exceptionis tractarentur, licet duæ fuerint prolatae sententiæ de *Revista*, non poterit ab hæc ultima de *Revista*,

(b) Juxt. text. in leg. *Si qui separata*, §. 1. ff. de *Appell.*
(i) Quam gloss. sequuntur ibi Bartol. & communiter omnes ex Dec. ibi ante n. 15.
(j) Ut late declarat Bartol. in leg. *Qui usufructum*, ff. de *Verb. oblig.*
(k) Leg. *Si quid carum*, §. *Inter emptum*, ff. de *Legat.* 3. Jass. in Rubr. ff. de *Legat.* 1. n. 7.
(l) Secundum Jasson. in leg. *Si filius à patre*, ff. de *Liber. & postum.* n. 10. & leg. *Si causa*, n. 8. post Paul. n. 5. de *Transact.* & leg. *Sciendum*, n. 3. de *Leg.* 1.
(m) Text. Et omnes in leg. 1. ff. *Si certi. petat.* notat Paul.

Castr. in leg. 1. n. 6. ff. de *Jur. & jur.*
(n) Paul. in leg. *Non videt*, n. 5. Cod. de *In integ. rest.*
(o) Leg. *Quæ de tota*, ff. de *Ret. vendit.* leg. *Qui scit*, in princ. ff. de *Ujur.*
(p) Leg. *Cujus effectus*, ff. de *Reg. jur.* & ibi Dec.
(q) Ut notat Bald. & Angel. in leg. *Si idem cum eodem*, §. fin. ff. de *Jurisdic. omni. judic.* & ibi Jass. in princ. n. 6.
(r) Ita ex Angel. Felin. & Dec. resolvit Avend. ubi supr. num. 15.
(s) Tract. de *Veter. Nummis.* Collat. cap. 6. n. 3.

(t) Et ita tenet Avend. ubi supr. n. 18. & Rebuff. in *Tract.* de *Supplicatione*, art. 1. gloss. 26.
(u) In Clem. *Ad compendias*, de *Sequestrat. possess.* & *fruct.* verb. *Diffinitiva*, & gloss. in cap. *Et qui*, verb. *Diffinitiva* 2. quest. 6. verb. *Diffinitiva*, gloss. in Auth. de *Litigios.* §. *Ad excludendas*, verb. *Interlocutionibus*, tradunt Abbas, & Felin. in Rubr. de *Sentent.* & *re. jud.* Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 6. verb. *Sententia*, n. 10.
(x) Ut in cap. *In literis*, de *Offic. Deleg.* *Quibus modis*
(y) In dict. Rubr. de *Sentent.* & *re. jud.* n. 6. & 8.
(z) Gloss. cap. fin. verb. *Inaver.* de *Benef.* in 6. quam notat Bald. in Auth. *Habita*, Cod. *Ne filius pro patre*, Jass. in

leg. *Minores*, Cod. de *His quib. ut indig.* pro qua gloss. est text. in cap. *Significantibus*, de *Offic. Deleg.*
(a) Ut in gloss. 1. leg. *Intra utile*, ff. de *Minor.* sequitur *Duenas* reg. 52. n. 3.
(b) In dict. Clem. *Ad compendias*, verb. *Possessorio*, gloss. cap. *Cum ad sedem*, verb. *Interdictum*, de *Restit. spol.* gloss. in cap. fin. de *Jur. Berous* in cap. *Licit causam*, n. 68. de *Prob.* communis ex Dec. *Consultationibus*, n. 2. de *Offic. Deleg.*
(c) Ita Anton. in dict. cap. fin. de *Jur.* & ibi Andr. Sicul. Rubens in leg. *Naturaliter*, §. *Nihil commune*, n. 345. de *Acquir. possess.*

ta supplicari cum poena, & fideiussione mille quingentarum duplarum, quia sententia interlocutoria est, à qua supplicari nequit, ut in dict. leg. 6. & 7.

86. Quarto, principaliter requiritur, ut secunda supplicationi locus sit, quod causa debet esse civilis, non verò criminalis, nam in criminali secunda supplicatio denegatur per leg. 11. tit. 20. lib. 4. Recop. Quod etiam de *Jure Communi* observatur, ut resolvit Rebuffus. (d) Et quæ sit causa civilis, & quæ criminalis jam supra exposuimus. (e)

87. Sed hoc in loco opportune illud dubium examinandum erit, scilicet, quid, si aliqua causa intentetur in prima instantia criminaliter in Consilio Supremo, & incidenter petatur aliqua magna summa ratione interesse, (f) an ratione hujus interesse, quod incidenter petitur, si excedat summam trium millium duplarum, locum habeat secunda supplicatio? Qua in re videtur dicendum, locum non habere: nam si consideremus, quod principaliter illa est causa criminalis, in qua non admittitur secunda supplicatio, & qui non potest esse Judex causa principalis, non poterit esse causa incidentis; (g) sed in proposita specie respectu causæ criminalis principalis non potest interponi secunda supplicatio; ergo nec debet posse interponi respectu interesse incidentis, & causæ subordinatæ, ita concludit Avendanius. (h)

88. A qua tamen opinione libenter recedo, imò, quod respectu illius interesse admittenda sit secunda supplicatio, motus ex doctrina Baldi, & Guillelm. (i) ubi annotavi, quod si Statuto sublata sit appellatio in quæstionibus criminalibus, vel restitutio in integrum, censetur sublata respectu principalis causæ, & non respectu emergentis, seu incidentis in eam: (j) ergo idem dicendum erit in supradicta proposita quæstione, quod licet sublata sit supplicatio secunda in criminalibus, non censetur sublata in dependentibus, & incidentibus, dum in eis cætera alia requisita adsint.

89. Pro qua opinione satis est text. in leg. 3. tit. 20. lib. 4. Recop. ubi decernitur, quod licet sententia, à qua fuit secundo supplicatum respectu interesse, seu expensarum, aut cuius-

vis causæ incidentis, & accessorii ad principalem sententiam, fuerit modificata, revocata, seu correctæ, adhuc pars, quæ supplicavit tenebitur solvere poenam mille quingentarum duplarum, nisi articulus, & causa incidens tam ardua esset, & tantæ quantitatæ, quod propter ipsam duntaxat, nullo habito respectu ad causam principalem, esset locus huic secundæ supplicationi, & debuisset de *Jure* admitti: ex qua lege subtiliter perpensa eicitur, mentem ejus esse, quod posset dari casus, in quo principale negotium non esset tam arduum, nec tantæ quantitatæ, quod posset ab eo interponi secunda supplicatio, & tamen posset aliquis casus accessorius expensarum, vel fructuum emergere tantæ arduitatæ, & quantitatæ, qui excederet trium millium duplarum summam, & estimationem, prout sit centum equæ petantur, quæ ablata fuerunt ab hinc viginti annis, & prima, & secunda sententia de *Revista* præceptum sit, eas reddi, vel earum estimationem, & partus, & postpartus earum: ecce casus principalis, qui non erat arduus, nec quantitatæ debita, & requisita, ut interponeretur secunda supplicatio; tamen, ratione accessorii incidentis partus, posset supplicari, siquidem partus, & postpartus incidens quæstio tantæ arduitatæ est; sed causa civilis parvæ quantitatæ, & causæ criminalis paribus passibus ambulat, & equiparantur quoad hoc, quod sicut ab illa civili, quia non est ardua, non potest interponi secunda supplicatio, ita nec poterit ab hac criminali, quia criminalis est; & tamen, si ab illa sit aliquis casus dependens arduus, & debita quantitatæ trium millium duplarum, poterit interponi secunda supplicatio ratione accessorii dependentis; ergo idem dicendum est, si in causam criminalem incidat aliqua quæstio, & causæ tantæ summæ, & arduitatæ, quod ejus respectu duntaxat, absque consideratione causæ principalis, possit interponi supplicatio, & debeat admitti.

90. Quibus rationibus, & hac lege Sic animadverta, non dubitarem asserere in proposita quæstione, admittendam esse secundam supplicationem cum poena mille quingentarum duplarum, & sufficientibus fideiussoribus: nec aliud suadent fundamenta Avendani: nam li-

(d) In dict. Tract. de Supplicat. n. 71.

(e) In Annotation. ad totum opus, annotat. 1. à n. 19.

(f) Juxta doctrinam Bartol. in leg. *Interdum*, §. *Qui furem*, ff. de *Furtis*, & habetur in cap. *Cum oportet*, & in DD. de *Accusat.*

(g) Leg. *Quoties*, Cod. de *Judic.* notatur in cap. *Tiam*, de *Ordin. cog.* & Covar. in *Practic. Quæst.* cap. 4. in fin.

(h) Ubi sup. n. 18.

(i) In leg. *Si ex causa*, §. *Nunc videndum*, ff. de *Minor.*

(j) Quos sequuntur Alex. n. 2. Jaff. n. 7. qui Plumbinum refert in Rubr. ff. de *Re judic.* Aviles in cap. *Procurator*, cap. 6. num. 4. & 6. in gloss. verb. *Sententia*, & Bosius in *Praxi Crimin.* tit. de *Appellat.* n. 11. & faciunt per eum ibidem adducta, n. 8. conducent etiam, quæ adducit Didac. Perez in leg. 8. tit. 4. lib. 4. *Ordinam.* in gloss. verb. *Dentro en otros veinte dias*, col. 403.

cet verum sit, quod qui principalis causa non potest esse Judex, non poterit & accessorii, illud est intelligendum, quando militat eadem ratio impotentia, & incapacitatis in accessorio, quæ limitat in principali, veluti si tractetur causa super rescissione alicujus contractus jurati ab aliquo laico, qui ejus rescissionem præterdit ex alio jure, cujus cognitio non est propria Judicis Ecclesiastici, tunc Judex Ecclesiasticus causam principalem rescissionis non pertractabit, nec ei se ingereret, licet accessorium, scilicet absolutionis juramenti sibi præsumat: quia ratio, propter quam non est competens ad causam principalem rescissionis contractus, est, quia contrahentes erant laici, & Fori Secularis, & cognitio causæ, ex qua præterdendatur rescisio, non pertinet ad Tribunal Ecclesiasticum; est tamen competens ad accessorium, scilicet ad absolutionem juramenti ratione ipsius: & ita colligo ex congestis per Covarruviam. (k) Et ita decidendum est in nostræ quæstionis specie, quod diversa ratio in criminali principali causa non est locus secundæ supplicationi ab ea, quæ militat in accessoria fructuum, & interesse: nam in criminali quæstione non est locus supplicationi, quia causa criminalis non est estimabilis pecunia, prout necessum esse, supra resolvimus, & advertit Avendanius; (l) caretur quæstio incidens fructuum, & interesse satis estimari potest, ut inde appareat, an sit requisita quantitatæ trium millium duplarum, & possit, vel debeat admitti secunda supplicatio.

91. Et ex supradictis nec mihi etiam placet, quod si sententia de *Revista* transivit in rem judicatam, & agitur novum Judicium super liquidatione fructuum, qui excedunt summam trium millium duplarum, super qua liquidatione prolata sunt duæ sententiæ, quod non possit interponi ab ea secunda supplicatio: eo quia secunda hæc instantia videatur eadem cum prima, & ab ea dependens: & sicut à prima executoria, & à sententiis ibi latis non poterat supplicari, ita nec deberet posse supplicari à sententiis latis in earum declaratione, quod displicet: nam sicut propter hanc rationem non liceret supplicare secundo, eodem

modo non liceret supplicare primo, siquidem jam in prima causa supplicatum est; sed contrarium supponitur, scilicet, quod possint proferri duæ sententiæ super liquidatione; ergo, & tertia per supplicationem secundam poterit proferri. Unde patet, quod diversa est causa supplicationis, quæ interponitur super liquidatione ab ea, quæ interponitur in prima causa: & fortiter probatur, quia si in eadem causa principali, ubi ejus ratione non poterat interponi secunda supplicatio, ostendimus, posse interponi ratione emergentis quæstionis arduæ, & requisitæ quantitatæ, ut in præcedenti quæstione, à fortiori concludimus, eam posse interponi, ubi jam non est eadem causa, cum in ea duæ possint ferri sententiæ definitive.

92. Quinto principaliter requiritur, ut secunda supplicatio locum habeat, quod interponatur intra viginti dies connumerandos à die notificationis sententiæ de *Revista*, (m) quibus elapsis non poterit amplius hæc supplicatio interponi, nec adversum lapsum viginti dierum restitutio comperit, nec peti potest à minori Ecclesia, seu Civitate, vel ab aliis, quibus de *Jure* beneficium restitutionis comperit, juxta text. in leg. 4. tit. 20. lib. 4. Recop. (n) Ex qua leg. destruitur opinio Didaci Perez (o) resolutis, minoribus, & reliquis peroris privilegiatis restitutionem adversum lapsum viginti dierum concedendam esse, cum in dict. leg. 4. expressè cautum sit, denegandam esse; & ita jam cessat longa, & proluxa disputatio Didaci Perez. Et quod isti viginti dies connumerari, & currere debeant à tempore notificationis sententiæ de *Revista* (licet d. lex 1. non aperiat) constat ex his, quæ circa interpositionem appellationis resolvimus supra; (p) sed appellatio, & supplicatio à pari procedunt, quando contrarium non reperitur dispositum, ut resolvit Rebuffus; (q) ergo idem in supplicatione, quod in appellacione dicendum erit; imò major ratio versatur in supplicatione, cum ad aliud remedium pro justitia consequenda recurri non possit.

93. Sexto principaliter requiritur, ut locus sit secunda supplicationi, quod intra supradictos viginti dies connumerandos à die no-

pp 2 ti

(k) Lib. 1. Variar. cap. 4. n. 7.

(l) Ubi sup. n. 16.

(m) Juxta text. in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop.

(n) Et tenet Avend. ubi sup. n. 19. & Monterros. in sua *Pract.* Tract. 5. cap. 8. in princ.

(o) In leg. 8. tit. 4. lib. 3. *Ordinam.* in gloss. verb. *Dentro en otros veinte dias*, col. 394.

(p) In 6. Part. hujus 1. Tom. in Proemio, n. 15. per gloss. celeberrimam in cap. *Concessionis*, verb. *Servavit*, de *Appell.* in 6. & per ea, quod DD. ibi citati congerunt; & ultra

eos idem resolvit Jaff. in conf. 159. n. 4. vol. 2. vers. Tertio principaliter, & vers. Tertio facit, & vers. Quarto, ubi ad idem citat Ancharran. in conf. 372. n. 5. in fin. & Felin. idem tenet in cap. *Contingat*, n. 6. in fin. de *Rescript.* & in cap. *Quoad consultacionem*, n. 32. de *Re judic.* Roman. conf. 343. n. 18. & Molinæ in *Consuetud. Paris.* tit. de *Materna feudi*, §. 13. gloss. 12. n. 1. & 2. Tiraquel. de *Retract.* §. 36. gloss. 2. n. 31. & 32.

(q) Tract. de Supplicat. n. 89. & 95.

tificationis sententiæ de *Revista*, publico instrumento supplicans se obliget, & sufficientem cautionem fidejussoriam coram Auditoribus Regiis, à quibus fuit supplicatum præter, de solvendis mille quingentis duplatis auri de *ca-beza*, si sententia, à qua supplicavit, confirmata fuerit; alioquin elapsis viginti diebus, supplicatio admittenda non erit, si inter eos obligatio cum fidejussione celebrata non fuerit, prout expresse cavetur in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ubi etiam statuitur, quibus prædicta poena applicanda sit.

94. Quam obligationem, & fidejussorem non solum privatus, verum etiam Fiscus Procurator præstare tenetur, eo solo sibi concessio (ut circuitus evitetur) quod dumtaxat se, & suos fidejussores adstringat ad persolvendas mille duplas, ea nempe ratione, quia si sententia de *Revista* confirmaretur, & per consequens poena incurreretur, quingentæ duplæ ex prædictis mille, & quingentis Fisco venirent applicandæ, ut dicitur in dict. leg. 1. idcirco in omnem eventum sufficere persolvere reliquas duas partes, scilicet mille duplas: ita cautum reliquerunt Ferdinandus, & Elisabeth Invictissimi, atque Catholicissimi Principes, & confirmavit noster Philippus II. eorum pronepos, & acerrimus justitiæ imitator, & auctor, ut constat ex leg. 10. tit. 20. lib. 4. Recop. ubi decisum extat, Procuratorem Fisci Regii teneri omnino observare omnia requisita, ad hanc secundam supplicationem interponendam, quæ privatus quilibet tenetur.

95. Advertendum tamen erit, quod si supplicans sit pauper, & de ejus paupertate constat, nec fidejussores habeat, ejus supplicatio admittenda erit, dummodo se obliget, & cautionem juratoriam præstet, intra dict. viginti dies de solvenda poena mille quingentarum duplarum, in eventum quod sententia de *Revista* confirmata fuerit: quæ interpretatio fulcitur ex notatis per Hyppolitum, (r) & suadet ex eo, quod si secunda supplicatio inventa fuit *ex equitate*, ut rigor justitiæ temperaretur, (s) fortius admittenda erit in favorem pauperum, quam in favorem divitum, alioquin nunquam pauperes possent gaudere auxilio hujus secundæ supplicationis, quorum pietate praxis recepit obli-

gationem, & cautionem juratoriam eis sufficere, & ita tenet Rebutius. (t)

96. Ex quo sexto requisito inferitur, quod si aliquis supplicans intra viginti dies se obligavit, & satisfecit de persolvenda poena mille quingentarum duplarum: non tamen intra prædictos dies exhibuit coram Auditoribus Regiis scripturam instrumenti publici, super obligatione, & fidejussione confecti, sed post viginti dies instrumentum obligationis, & fidejussionis eis tradidit, non erit tunc admittenda ejus supplicatio, ut probare videtur lex 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ibi: *Dentro de los diezos veinte días ante los dichos Oydores, &c.* quibus verbis plane constat, prædictam obligationem, & satisfactionem præsentandam, vel præsentandam esse coram ipsis Auditoribus intra viginti dies.

97. Pro qua opinione etiam facit, quia qualitas adjuncta verbo, est regulanda, & intelligenda secundum tempus verbi, cui adjicitur; (u) igitur prædicta qualitas coram diebus Auditoribus, adjuncta verbo *Se obligue, y de fadores*, intelligi debet secundum tempus verbi, scilicet, ut coram Auditoribus dicta obligatio, & cautio, & instrumentum, quo omnia continentur, dentur, vel præsententur; præsertim, quia omnia illa requisita ad interponendam, & admittendam secundam supplicationem *pro forma* traduntur à dict. leg. 1. 98. sed forma à Lege, vel Statuto tradita ad aliquem actum servanda est ad unguem, & ea non servata, reditur actus *ipso jure* nullus; (x) ergo si non servetur forma tradita à dict. leg. 1. nempe, quod coram Auditoribus intra viginti dies obligatio, & cautio præsententur, vel præsententur, actus erit nullus, & non admittetur supplicatio.

99. Urget insuper pro prædicta opinione, quod si habens mandatum expressum ad retrahendam rem de *Abolengo*, & intra annum compareat petens nomine domini rem retrahi, non tamen doceat de mandato, nisi elapso anno, admittendus non erit, ut per plura fundamenta notat Tiraqueilus. (y) Nec obstat supradictæ illationi, quod cum re vera intra tempus viginti dierum supplicans se obligaverit, & fidejussores præstiterit, licet instrumentum super

eo confectum coram Auditoribus non producerit, videatur satisfecisse intentioni legis, quæ hoc introduxit timore dilationis supplicantis, qui dilationis timor cessat, confecta obligatione, & præstita cautione fidejussoria, licet non præsentata coram Auditoribus: nam respondeo, quod cum præsentatio, seu præstitio obligationis fidejussionis coram Auditoribus sit *de forma* supplicationis, & sic de ejus substantia, sequitur, quod ad unguem servari debet.

100. Non etiam obstat doctrina Speculatoris, (z) dum docet, quod si in specie cap. 1. de *Elect.* in 6. procurator habens mandatum objecerit crimina adversus electum in termino præfixo, & intra terminum non doerit de mandato, quod re vera habebat, non nocet ei, dum tamen illud postea producat: (a) nam respondeo, illud procedere quoad mandatum præstitum ad aliquem actum gerendum; secus vero est, quando *pro forma* aliquid requireretur, ut in proposito casu, ubi *pro forma* exigit lex, quod instrumentum exhibeatur intra viginti dies, & coram Auditoribus præsetur.

Eodem modo respondendum erit doctrinæ Bartoli (b) docentis, quod procurator certus de mandato poterit uti officio procuratoris, licet mandatum procuratorium non recepit. (c) Pari modo satisfaciendum erit, quod si quis objecerit, rationem finalem dictæ leg. 1. decidentis, obligationem, & fidejussores a supplicante dandos fore, eam esse, ut supplicans obligatus maneat ad solvendam poenam, si condemnatus fuerit; sed ita remanet obligatus efficaciter, dando satisfactionem intra terminum, ac si coram Auditoribus ejus instrumentum præsentaret; ergo videtur sufficere: nam respondeo, quod cum alia forma tradita sit à dict. leg. 1. videlicet, ut intra viginti dies coram Auditoribus præsententur, vel detur, servanda erit, alias actus erit nullus.

101. Ex quibus consequitur, veram esse resolutionem Didaci Perez, (d) dum proposita questione, quid dicendum esset, si supplicans dedit fidejussores intra viginti dies, & Auditores forte putant, eos non idoneos, & jubent alios fidejussores idoneos dari post viginti dies, an id per dictos Auditores fieri possit, & ab eisdem admitti supplicatio, concludit, quod

non, & merito: quia *pro forma* (ut diximus) introductum est, quod fidejussores intra viginti dies dentur, & necessario est intelligendum de fidejussoribus idoneis, & quorum facultates prædictæ poenæ mille quingentarum duplarum sufficiant: nam alias, idem esset non præstare fidejussores, & minus idoneos, & inutiliter eos præstare; paria enim sunt non proponere, vel minus bene, & inutiliter proponere: (e) ergo idoneis fidejussoribus in tempore non præstitis, supplicatio admitti non debet, ac proinde Auditores Regii non poterunt præcipere, quod post tempus viginti dierum fidejussores idonei de novo præstentur: non enim eis licet à forma legis recedere.

102. Nec me movet aliud dicere, quod licet non credatur exemplis, non producto exemplari (id est) originali scriptura, dum tamen intra terminum peremptorium datum ad producenda instrumenta producerat exemplum, & post terminum elapsum producerat originale, productio exempli confirmatur, & facta in termino censetur, ut docet Baldus: (f) nam respondeo, quod prædicta doctrina Baldi procedit, quando per legem non esset introducta forma, quod illud originale intra terminum peremptorium exhiberetur, vel produceretur: nam tunc sufficeret postea ante tempus sententiæ producere; secus vero est in proposita questione, ubi *pro forma* requiritur, quod fidejussores idonei intra viginti dierum spatium dentur; alioquin satisfactum non esset menti dictæ leg. 1. omnia coarctantis, & volentis legitime fieri intra viginti dies, ut litigantium malitias, & dilationibus occurreretur, ut patet ex illis verbis. *Pero es nuestra merced, que porque la malicia de aquellos, que suplican por alargar los pleytos, no haya lugar, &c.* quibus verbis satisfactum non esset, si post illud tempus viginti dierum fidejussores idonei dari possent: contingeret enim, quod aliquis, ut executionem sententiæ impediret, supplicaret, & se obligaret, & fidejussores minus idoneos præstaret, quos cum post illud tempus viginti dierum non lussisset, vel non portuisset idoneos præstare, remaneret frustrata dict. lex 1. & esse, tanquam si à principio nulli fidejussores intervenissent. Unde rectius erit juxta mentem, & intentionem dict. leg. 1. quod à principio intra viginti

(r) In leg. 1. §. *Prætoris*, n. 83. ff. de *Quæst.*

(s) Juxta gloss. in *Summa*, tit. 24. Part. 3.

(t) Ubi sup. art. 5. gloss. 1. in princ. & Monterros. ubi sup. n. 8.

(u) Text. in §. *Proximus*, Inst. de *Leg. agn. success.* in leg. *In delictis*, §. *Si extraneus*, ff. de *Noxalib.* & ibi Bart. & Bald. & in leg. *Titus*, & ibi Bart. ff. de *Milit. testam. Duæ.* in reg. 18. n. 4. & Tiraqueil. de *Jure Primog.* quæst. 40. num. 172.

(x) Ut in leg. *Cum hi*, §. *Prætor*, ff. de *Transact.* tradit Hypolit. in conf. 117. n. 14. & in conf. 29. n. 10. & in conf. 64. n. 22. Segura in leg. *Unum ex familia*, §. *Sed si fundum*, n. 9. ff. de *Legat.* 2. Tiraqueil. in Legib. Connub. gloss. 4. super verb. *Confessione*, n. 3. & n. 26. & in gloss. 5. super verb. *Expresse*, n. 181.

(y) De Utroque *Retractu*, tit. de *Retractu* *Linagier*, §. 1. gloss. 10. n. 90.

(z) In tit. de *Procuratore*, §. 1. n. 18. vers. Sed si receptum.

(a) Cujus doctrinam sequitur Alex. in conf. 78. n. 8. 11. & 12. vol. 5. Card. in Clem. *Non potest*, de *Præcurat.* in quest. fin. & Rip. in cap. *Cum M. Ferrarientis*, de *Constitut.* num. 137.

(b) In conf. 73. n. 2.

(c) Quem sequitur Cardin. ubi sup.

(d) In leg. 8. tit. 4. lib. 2. Ordinar. in gloss. verb. *Dentro en otros veinte dias*, col. 408.

(e) Text. in cap. *Inter corporalia*, de *Translat. Episcop.*

(f) In cap. 1. in princ. de *Eid. instrum.* quem sequitur Dec. in conf. 467. n. 15. Fel. in dict. cap. 1. & in cap. *Liçet causam*, n. 18. de *Probat.* vers. *Limita quinto*, & Dec. in *Authent. Si quis in aliquo*, n. 3. Cod. de *Islando*.

ti dies sufficiens cautio præstetur, nec postea admittatur.

103. Ex quo sexto requisito etiam inferitur, quod si aliqua pars ex litigantibus supplicationem interposuit, & obligationem, & sufficientem cautionem intra viginti dies coram Auditoribus præstitit, & altera pars, nec supplicavit, nec se obligavit, nec satisfecit intra prædictum terminum, quod talis supplicatio supplicantis non proderit adversæ parti non supplicanti, nec ex ea commodum aliquod reportare potuit, si Iudices superiores repererint, in melius reformandam esse sententiam in favorem non supplicantis latam, à qua altera pars supplicavit, etiam si non supplicans postmodum ex supplicatione adversarii velit se juvare, & eidem acquiescere: nam, cum nec supplicavit, nec se obligavit, nec satisfecit de præstanta poena mille quingentarum duplarum, supplicatio alterius partis non debet sibi prodesse, siquidem nec ex ea aliquam poenam, & damnum reportare debet. Præterea pro isto corollario facit, quod ista secunda supplicatio est remedium exorbitans, & extraordinarium, secundum Marantam, (g) & ita solum competere debet ei, qui se obligavit, & satisfecit de prædicta poena solvenda; ergo istud remedium secunda supplicationis competere non debet ei, qui non supplicavit, nec se obligavit, nec satisfecit.

104. Quo fit, quod si supplicans voluerit recedere, & supplicationem deserere, non erit sibi impedimento altera pars non supplicans, quominus, ea reluctante, impunè intra tres menses, & post eos cum poena mille quingentarum duplarum recedere à prædicta supplicatione possit, & ita semper prædicari auctori: ceterum licet praxis ita observet, opposita tamen sententia verior, & æquior mihi videtur, imò talem supplicationem communem esse, & ambabus partibus supplicanti, & non supplicanti prodesse: 105. nam in causa appellationis, si ab uno interponatur simpliciter, & non limitate, talis appellatio prodest alteri parti non appellanti: (h) 106. quod in tantum verum est, quod si appellatio victoris efficiatur deserta, fortè propter omisam Apostolorum petitionem, poterit victor adherere appellationi victi, quæ sola sufficiebat,

etiam si ipse non appellasset: (i) 107. facit doctrina Baldi, (j) scilicet, quod quamvis regulariter non liceat tertio provocare ab eodem gravamine, & ab eadem parte, si tamen actor bis appellavit, & reus postea appeller, actor admittit, etiam tertio appellans, non ex sua persona, sed ex persona, & beneficio rei appellantis: 108. sed appellatio, & supplicatio à pari procedunt, nisi contrarium reperitur dispositum: (k) ergo, sicut appellatio ab uno interposita est communis alteri, qui non appellavit, & ab eo peti potest, ut rescindatur sententia, si in aliquo eum læsit; pari etiam modo dicendum est in hac secunda supplicatione, quod profit non supplicanti, si sententia reformetur in melius in eo, quod eum læsit.

109. Nec huic veræ opinioni obstat, quod is, qui non supplicavit, nec se obligavit, nec satisfecit, non debeat commodum reportare ex supplicatione alterius partis, nec poenam mille quingentarum duplarum, aut aliquod damnum pati, præsertim, cum hoc remedium secunda supplicationis extraordinarium sit: nam respondeo, quod ratio, & mens dictæ leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. prohibentis, hanc secunda supplicationem admitti absque obligatione, & satisfactione poenæ mille quingentarum duplarum, fuit, ne ansa, & occasio daretur litigantibus differendi lites prætextu interponendæ supplicationis: unde, ut eorum maliciis occurreret, id introduxit, ut constat ex verbis ejus, ibi: *Pero es nuestra merced, que porque la malicia de aquellos, que suplican por alonjar los pleytos, no haya lugar, &c.* quæ tamen ratio, & malitia cessat in parte non supplicante; si enim non supplicavit, noluit litem differri, sed potius sententiam executionem desideravit; ergo æquum est, quod alterius partis supplicatio, de cujus malitia timor erat, profit non supplicanti, qui ea malitia carebat.

Rursus, ex supplicatione alterius partis damnum sequi potest non supplicanti, veluti, si sententia in ejus favorem lata revocaretur, vel in aliquo reformaretur per Iudices supplicationis, ac proinde æquum est, ut commodum etiam ex ea reportet: (l) nec existimes hujus contrarium nos supra resolvisse, (m) dum

(g) De Ordin. Jud. 6. part. act. 2. n. 18.
(h) Ut in leg. *Ampliorum*, leg. in *offerendis*, Cod. de *Appell. leg. fin. Cod. Quando provoc. non est necess.* & ibi DD. Bartol. Bald. & Paul. & Bart. in leg. *Si quis libellus*, Cod. de *Appell. Bald.* in leg. *Per hanc*, Cod. de *Tempor. appellat.* Ranorm. Felin. n. 7. & alii in cap. *Ex parte II. de Rescript.* & Felin. in cap. *Significaverunt*, n. 5. de *Except. & Rotâ in decil. 65. de Appell. in novis.*

(i) Ita ex Bald. tener Fel. ubi supr. n. 5.
(j) Imolz, & Præpos. in cap. *Sue*, de *Appell.*
(k) Ut resolvit Rebuff. in dict. *Tract. de Supplicatione*, n. 89. & 95.
(l) Et pro hac mea opinione faciunt ea, quæ prope in nostris terminis resolvit Rebuff. in dict. *Tract. de Supplicatione*, art. 5. gloss. unic. vers. *Contrarium autem.*
(m) In isto *Tract. in 1. requisito.*

dum ibi docuimus, supplicationem unius ex duobus correis non prodesse alteri correo non supplicanti: nam in tali correo non cessat ratio, & mens prohibitionis dictæ leg. 1. cum correus condemnatus intendat litem differre, & executionem sententiæ adversus eum latæ subterfugere, & ita, cum non careat malitia, non poterit se juvare ex supplicatione alterius correi.

110. Inferitur deinde ex dicto sexto requisito, quod usque adeo obligationem, & sufficientem satisfactionem de solvenda poena mille quingentarum duplarum supplicans præstare tenetur coram Auditoribus Regiis intra dictos viginti dies, quod, eisdem elapsis, non dabitur eidem restitutio in integrum, etiam si sit minor, Ecclesia, vel alia persona privilegiata, cui alias de jure competat restitutio, sicuti etiam non datur adversus lapsum viginti dierum ad supplicationem interponendam, probavimus supra. (n)

111. Ad quartum dicendum est, hanc secunda supplicationem interponendam esse coram ipsis Auditoribus Regiis, qui secundam sententiam de *Revista* protulerunt, & coram eisdem obligationem, & satisfactionem poenæ mille quingentarum duplarum dandam esse: (o) 112. quibus sic acitatis, si latæ fuerint ab eisdem Auditoribus duæ sententiæ omnimodo conformes super proprietate, tunc Auditores eas executioni mandantur, data fidejussione sufficienti, quod si retractentur per Iudices secunda supplicationis, rem cum fructibus reddet is, in cujus favorem fuerunt latæ; non tamen Auditores denegabunt hanc secundam supplicationem, juxta formam traditam in leg. fin. tit. 20. lib. 4. Recop. per quam intelligitur, & limitatur lex 1. ejusd. tit. & lib. in fin. quæ omnino prohibet secundam sententiam executioni tradi (interposita secunda supplicatione, & obligatione, & cautione sufficiente præstita) 113. ut illa lex 1. intelligatur, quando secunda sententia non fuit conformis primæ, nam si conformis esset, Auditores eam exequi possent, quamvis secundam supplicationem admittere debeant, juxta text. in dict. leg. fin.

Ceterum, si à prædictis Auditoribus latæ essent duæ sententiæ conformes super possessione, tunc hanc secundam supplicationem non admittent, nec supplicans audiendus erit; sed poterunt suas sententiæ executioni mandare, præstita prius cautione sufficienti coram eisdem

Auditoribus ab eo, in cujus favorem latæ fuerunt, quod si adversarius in proprietate obtinuerit sibi rem, in cujus possessionem missus fuerit, restituit, juxta text. in leg. 8. tit. 20. lib. 4. Recop. 115. quod discrimen inter causas proprietatis, & possessionis æquum videtur, ex eo, quod potest haberi recursus ad petitorium, & sic ad remedium ordinarium, ut cesset extraordinarium: & quia causa possessorii parvi momenti, & præjudicii est, potestque in petitorio revocari, ut optime notat Rebuffus. (p) 116. Id tamen, quod de possessorii diximus, restringitur in possessorio super bonis aliquis Majoriæ, super quo latæ duabus sententiis, etiam contrariis, aut alio modo difformibus, adhuc non erit locus huic secundæ supplicationi, quæ omnino in causis super possessione bonorum Majoratus cessat, juxta leg. 14. dict. tit. 20. lib. 4. Recop.

117. Advertendum etiam erit, quod id, quod de sententiis conformibus dictum est, accipio, si sententia secunda omnimodo conformis fuerit sententiæ primæ, quo casu in proprietatis causa executioni mandabitur, data fidejussione, ut supra: & si in aliqua ejus parte difformis fuerit, in ea duntaxat parte executioni est supersedendum, & in alia parte conformi sententiam Iudices exequentur, ut in dict. leg. fin. in possessorii vero litibus duæ sententiæ conformes executioni mandantur (ut diximus): nulla supplicatione admittitur: 118. & intellige tunc conformes sententiæ dici, quando ambæ consonant, & secunda primæ fuerit confirmatoria, in qua nihil additur, vel mutatur; ceterum, si secunda sit confirmatoria prioris, & tamen in ea aliquid additur, vel datur forma exequendi primam, veluti quod aliquid fiat, vel omitatur, antequam executioni mandetur prima, tunc sententiæ dissimulant inter se, nec conformes reputantur, nec in eis locum habebunt supra dicta: quod probari videtur in leg. *Jus Civile*, ff. de *Jussit. & jure*, ibi: *Ideoque cum aliquid additur, &c.* & ibi Paulus, & Jasso, qui concludunt, 119. quod, quando Papa, Princepsve in commissione, quam dat Ordinario præcipit aliquid pro forma, ut illud servet, videtur ex hoc illum Delegatum Judicem constituere, quamvis illud ex ordinaria sua jurisdictione facere possit. Item facit, quod quando factus libellus mutatur in substantialibus, dicitur novus libellus, & à priori diversus. (q)

(n) In isto *Tract. in 5. requisito*, per leg. 4. tit. 20. lib. 4. Recop. quidquid oppositum anxie subsumere velit Didac. Perez in leg. 8. tit. 4. lib. 2. Ordin. in gloss. *Dentro en vivos veinte dias*, col. 406.

(o) Juxta text. in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop.
(p) In dict. *Tract. de Supplicatione*, art. 3. gloss. unic.
(q) Ita Juss. ibi, n. 1. & in leg. *Edita*, n. 21. Cod. de *Edenda*.

120. Ex quibus eodem modo dicendum est, quando in secunda sententia aliquid additur, vel detrahatur in prima, quod non dicantur conformes, nec in eis supradicta locum habeant, ita resolvit Covarruvias: (r) quod tamen cum eo limitari potest, quando in prima sententia super adjectione, vel detractioe facta in secunda, nisi actum fuit tacite, vel expresse; ceterum si nova ultima sententiae adjectione, vel detractioe tacite, vel expresse fuit in prima sententia tractata, examinata, & definita, jam secunda sententia non dicitur diversa; & alia à prima, sed eadem cum ea censetur, & eidem conformis. (s)

121. Cognito igitur, coram quibus supplicatio secunda interponi debeat, oportune videndum erit, ad quem sit dirigenda: in quo articulo dicendum erit, ad ipsum Regem interponendam esse, ut probatur in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ibi: *Pueda suplicar para Nos*, & in leg. 2. ejusdem tit. & lib. 122. & cum testimonio supplicationis, *intra quadraginta dies* connumerandos à die interposita supplicationis, sic supplicans debet se representare, & comparere coram ipso Rege, vel Regni Governatore, si Rex ab his Regnis abierit, ut advertit Monterrosol: (t) alioquin supplicans patietur poenam desertionis, ut disponit lex 4. tit. 20. lib. 4. Recopil. 123. poterit tamen adversus lapsum quadraginta dierum *in integrum* restitui ex justa causa, veluti si partestantum dissent à Curia, quod eam adire nequeant intra illum terminum, vel si in itinere aliqua eveniant, quae supplicantem justissime detineant, ne Regi se representet, vel si peltis, aut latronum incurtus, seu similia accidant.

124. Et facta representatione coram Rege, tunc Rex causam committit quinque Auditoribus eorum, qui suo assunt Consilio, juxta text. in leg. 2. tit. 20. lib. 4. Recop. & si aliquis ex quinque Auditoribus viso processu decedat, reliqui quatuor ad determinationem causae procedent, ut probatur in leg. 12. tit. 20. lib. 4. Recop. 125. qui ex eisdem actis processus sententiam proferre debent, nullo admisso libello, petitione, allegatione, probatione, scriptura, & dilatione, etiam per viam restitutionis *in integrum*, vel aliquo alio modo intentata, ut probatur in dict. leg. 2. tit. 20.

(r) Pluribus citatis in Pract. cap. 15. n. 6.

(s) Et haec sententia remissive approbat Avendan. ubi supr. n. 1. in fin. quod conducit pro intellectu, leg. 5. tit. 12. lib. 1. Recop. & eorum, quae circa eam animadverti in 1. requisito ad secundam supplicationem in 8. ilatione.

(t) In sua Pract. Tract. 5. cap. 8. n. 9. fol. 77.

(u) Et tenet Rebuff. in Tract. de Supplicat. in Praefat.

126. & praedictam causam sibi commissam statim debent praevidere, decernere, & aliis omnibus cujuscumque qualitatis praferre, ut in dict. leg. 2. dicitur: (u) 127. quam exclusionem novarum allegationum intelligere procedere, nisi *de novo* emergerent, ut advertit Joannes Matienzo, (x) qui in terminis propriis nostrae leg. 2. ait, quod licet in ea caveatur, nullam novam allegationem, aut probationem, vel instrumentorum productionem admitti, sed ut ex eisdem actis per Judices, quibus commissae fuerit, causa cognoscatur; posse nihilominus allegationes, & instrumenta admitti de novo emergentia: quae opinio aequa est, & servanda: iniquum enim esset, & satis miserum, notam litigantium justitiam propter novas allegationes, & instrumenta de novo reperta praeculis Judicum perire: sed tunc habet probationes, allegationes, & instrumenta noviter emergentia admittenda erunt, praestito prius iurejurando ab allegante, probante, seu producente, se denuo ea invenisse, quae proponit, quodque in aliis instantiis ea proponere versute non omisit. (y) 128. Et praedicti Regii Auditores ad causam deputati per Regem, si sententiam, à qua fuit secundum supplicatum confirmaverint, debent supplicantem condemnare, aut eum, qui ejus nominis supplicavit, ut exolvat mille quingentas duplas auri *de cabeza*, juxta ejus obligationem, quarum tertiam partem Fisco, aliam partem, quae obtinuit, & aliam tertiam ipsi Auditoribus, qui sententiam *de Revista* protulerunt, reddi jubent, juxta leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. (z) 129. & ab hac poena absolvere supplicantem omnino vetuit: & hoc casu devolvitur negotium ad Cancellarium, ut ibi Executoriae Literae expediantur, tam super principali, quam super poena mille quingentarum duplarum.

130. Si verò non confirmaverint sententiam, à qua fuit supplicatum, tunc Literae Executoriae coram eis decernuntur: (a) & vide leg. 13. tit. 20. lib. 4. Recop. ubi Literae Executoriae pro dicta poena praestantur in Cancellariis leg. 4. tit. 20. lib. 4. Recop. 131. etiamque, confirmata in totum sententia secunda *de Revista*, fuerit eadem modificata, aut correcta respectu fructuum, aut expensarum, aut alicujus accessorii, adhuc enim supplicationem qui inter-

quest. 10. n. 80.

(x) In Dialog. Relat. 3. part. cap. 48. n. 3.

(y) Arg. leg. 4. tit. 10. lib. 2. Recop. & leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recop.

(z) Et meminit leg. Reg. Rebuff. Tract. de Supplicat. quest. 9. in Praefat. n. 58.

(a) Ita Monterrosol. Tract. 5. cap. 8. n. 10.

posuit poenam, summamque duplarum exolvere; (b) 132. nisi moderamen illud factum circa fructus expensas, aut aliud accessorium tam arduum sit, & tanti habitum, quod absque respectu ad causam principalem, propter id solum esset locus secundae supplicationi cum poena duplarum, & necessario admittenda esset, quo casu acquisitè cautum est, poenam duplarum in totum vitari, & ab ea Regios Auditores ad causam deputatos absolvere posse. (c)

133. Eandem etiam poenam duplarum evadet, qui ante lapsum trium mensium à tempore interpositae supplicationis resipuerit, & supplicationem deserere contigerit: licet enim supplicanti ante tres menses recedere à supplicatione secunda à se interposita, post vero non licet, nisi solus mille quingentis duplis, ac si sententia iterum confirmata esset, juxta dict. leg. 4. Recop. Nihilominus tamen, elapsis tribus mensibus, & alio longiori termino, pars supplicans solet petitionem porrigere in Consilio, quae dicit, *se supplicationem deserere*, & tunc Consilium Regium remittit ad consultationem, & Regem consulit, & ipse Rex *ex speciali gratia* habet supplicantem pro deserto, & veniit ei poenam, & ita praticari solet.

134. Et praedicti Regii Auditores deputati ad causam in gradu secundae supplicationis, inquirere & cognoscere debent, *an in eacausa sibi commissae, sit locus secundae supplicationis*, quando adversarius supplicantis eidem locum esse negat: 135. nam quando dubitatur, an appellatio sit admittenda, nec ne, cognitio spectat ad Judicem superiorem, ad quem appellatum fuit: (d) 136. quod probatur in leg. 5. dict. tit. 20. ibi: *Los del nuestro Consejo, jueces de Comission*, ubi, ut lex statueret, ne esset locus supplicationi ab acta & sententia, in qua pronuntiatum id fuit, praesupponit, Judices illius causae, *an sit supplicatio admittenda, nec ne*, esse eos, qui à Rege deputati fuerant ad causam principalem supplicationis secundae, & ait quod, si pronuntiant interponi posse, si non, ab eis amplius non est supplicandum: & sic duo deducuntur ex illa lege: primum, Auditores deputatos à Rege ad causam secundae supplicationis esse Judices illius dubii, *an sit*

locus secunda supplicationi, nec ne: secundum, quod ab eo, quod pronuntiantur, non est admittenda supplicatio: 137. hi tamen Judices in dubio, *an sit locus supplicationi secundae, vel non*, decernere debent *ei locum esse*. (e)

138. Omnia in supradictis articulis resoluta, circa interpositionem hujus secundae supplicationis cessabunt, quando Princeps *ex plenitudine sua potestatis*, & *ex certa scientia* aliud voluerit, nam cum forma interponenda secundae supplicationis ab ipso Principe emanaverit, ab eo eodem remitti, mutari, corrigi, extendi, & in aliam formam reduci poterit, ex reg. text. in cap. *Proposuit*, de *Conc. prob.* (f) & tenet Avendanius, (g) referens casum, quo Princeps ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, viginti illos dies concessos ad interponendam secundam supplicationem jam elapsos, ea non interposita, reparavit, & post eos admitti supplicationem imperavit, & probat hanc opinionem lex 4. tit. 24. Part. 3. 139. quam optime expendit, & explicat Avendanius. (h)

Ad ultimum articulum, scilicet, ad ordinem, & formam interponendi secundam supplicationem, & in ea procedendi, dicendum est, quod, lata ultima sententia, quae *de Revista* dicitur, intimataque parti laesae, si eadem pars secundum supplicare voluerit, tenebitur supplicationem interponere *intra viginti dies*, connumerandos à die intimations praedictae *ultime sententiae*, coram eisdem Auditoribus in Audientia publica simul cum obligatione, & fidejussione poena mille quingentarum duplarum (ut jam supra diximus) quam supplicationem sermone Hispano formabit modo sequenti.

SECUNDA SUPPLICATIO Hispano sermone concepta,

M. P. S.

140. „ Fulano, en el pleyto que tratò „ con Fulano, digo: que la sentencia en Revista „ ta dada, y pronunciada por V. A. contra „ mi, y en favor del dicho adverso, hablan- „ do con el acatamiento debido, es ninguna, „ y do alguna, injusta, y muy agraviada por „

Qq

30-

(b) Ita disputando concludit Rebuff. ubi supr. num. 60. qui nostrae leg. Regie mentionem fecit.

(c) Juxta leg. 3. tit. 20. lib. 4. Recop. Avend. ubi supr. n. 9.

(d) Juxta text. quem ad hoc notat ibi Bart. in leg. *Chirographis*, §. fin. ff. de *Administ. tutor. Juss.* conf. 60. n. 4. vol. 1. text. in cap. *Romana*, §. *Si autem*, & ibi Franc. non. rat. 1. de *Appell.* lib. 6.

(e) Secundum Paulum in leg. 1. n. 4. ff. *Si quis car.* & ibi Alexand. n. 21. Juss. n. 17. & 18. Dec. conf. 49. n. 1.

vers. Quarto suaderet. Avend. resp. 2. n. 3. in fin. Spec. 2. part. tit. de *Appell.* Part. 3. vers. Nunc dicamus, n. 6.

Rebuff. Tract. de *Sent. execut.* art. 7. gloss. r. n. 3. pag. 359.

(f) Et in terminis tertiae appellationis, probant Bald. & Perus. in 2. & 3. quest. & Dec. n. 9. in cap. *Sua nobis*, de *Appell.* & Socin. in conf. 158. col. 1. & suaderet ex notatis à Dec. in conf. 191. à n. 3. & in conf. 198. n. 2. vol. 1.

(g) Ubi supr. n. 19.

(h) Omnino videndum ubi supr. n. 3.

„ todas las razones de nulidad, y agravio, que
 „ del Procello resultan, y se pueden, y deben
 „ colegir: porque no fué dada á pedimento
 „ de parte, ni contra parte, en tiempo, y for-
 „ ma: y por todo lo demás general, que he-
 „ aquí por expreso: y por tal, y tal razon,
 „ &c. Por lo qual, sintiendome agraviado, fué
 „ plico della para ante vuestra Catholica Real
 „ Persona, con la pena, y fianza de las mil y
 „ quinientas doblas, que dispone la Ley de
 „ Segovia: de la qual obligacion, y fianzas
 „ hago presentacion, con la solennidad, y ju-
 „ ramento necesario, &c. Y de como así fué
 „ plico de la dicha sentencia, á V. A. pido
 „ me lo mande dar por testimonio, y al pre-
 „ sente Secretario requiero me dé testimonio
 „ dello, para en guarda de mi derecho, &c.

141. De la qual suplicacion, obligacion, y
 fianza mandan los Señores Oidores dar trasla-
 do á la parte contraria, para que responda á
 ella: porque (como arriba diximos) los Señores
 del Consejo Real, á quien su Magestad comete la
 causa, no admiten alegacion alguna, porque el
 pleyto se ha de ver, y determinar por los mismos
 Autos, con que salió de la Real Chancilleria; y
 la parte contraria respondiendo á la dicha supli-
 cacion, y á lo demás, no ha de oponer, diciendo,
 que no hay grado de segunda suplicacion en
 el dicho pleyto, porque esto tan solamente se
 ha de tratar ante los dichos Señores Jueces de
 Consejo Real: 142. y lo que ante los Señores de
 Chancilleria la parte fuele, y acostumbra alegar
 es, contradiciendo las fianzas, diciendo, que no
 son bastantes: y deste artículo conocen los di-
 chos Señores de Chancilleria, y mandan á las par-
 tes que den informacion, el uno, de que son bas-
 tantes, y el otro, de que no 143. y sobre este ar-
 tículo pronuncian Auto los dichos Señores de
 Chancilleria de Vista, y Revista.

144. De lo qual se sigue, que la decima re-
 mision puesta al fin del tit. 19. lib. 4. Recop.
 en que dice, que no haya lugar suplicacion, de de-
 clarar los Oidores por bastantes, ó no, las fianzas
 que diere la parte, que quiere suplicar con las mil
 y quinientas, no se puede entender en el Auto,
 que se dá destas fianzas, sino en el Auto, que de
 otras fianzas diferentes habla la ley, que la mis-
 ma remision alega, que son las que está obligado
 á dar el que tiene dos sentencias conformes en
 posesion, y pide execucion dellas: las quales,
 manda la ley, que se executen, dando primera-
 mente aquel, en cuyo favor fueron dadas, fianzas
 suficientes á contento de los Jueces, que dieron
 la ultima sentencia, de que restituirá las cosas
 en que fuere hecha execucion, si fuere condena-
 do en la propiedad, y que del Auto, que los tales
 Jueces dieren, sobre si las fianzas son bastan-
 tes, no se puede suplicar, ni apelar: y así consta,

que son diferentes de las que nosotros hablamos.

145. Advertase, que la parte suplicante pró-
 cure de que dentro de los veinte dias, en que
 está obligado á suplicar, se acabe el artículo sobre
 si las dichas fianzas son suficientes, ó no; porque
 si acabáse, que passados los dichos veinte dias,
 los Señores de Chancilleria declarassen las fianzas
 por no suficientes, no podrá dar otras, aunque
 los Señores de Chancilleria en su Auto se las man-
 dassen dar; y por el coniguiente cessaria el gra-
 do de la segunda suplicacion, pues fué suya la
 culpa, que no guardó la forma de la ley dentro de
 los veinte dias, como todo ello lo resolvimos ar-
 riba en este Tratado num. 102.

146. Y acabado de determinar este artículo
 por los dichos Señores de Chancilleria, ahora ha-
 ya havido la dicha contradiccion de las fianzas,
 ora no, la dicha parte suplicante pide, y requiere
 al Secretario de la causa, que le dé testimo-
 nio de la dicha suplicacion, y fianza, y de lo
 proveido por los dichos Señores de Chancilleria,
 acerca del abono, y aprobacion de las fianzas:
 y el dicho Secretario se lo dá con relacion de
 las sentencias dadas en el dicho pleyto, y como tie-
 ne suplicado dellas segunda vez con la pena, y
 fianza de las mil y quinientas, para ante la Per-
 sona de su Magestad; y que tiene hecha obligacion,
 y dadas fianzas de la dicha pena, las quales
 están habidas por bastantes por los dichos Señores
 de Chancilleria: y con este testimonio que el
 Secretario dá, la parte suplicante se vá donde
 está la Persona Real de su Magestad, y con él
 se presenta ante su Magestad: lo qual ha de ha-
 cer dentro de quarenta dias, desde el día que su-
 plicó, so pena de desercion, como arriba resolvimos
 en este Tratado num. 123. Y base de pre-
 sentar ante su Magestad, ó ante el Gobernador del
 Reyno en su ausencia, dando una peticion en
 la forma siguiente.

C. R. M.

147. „ Fulano, en nombre de Fulano,
 „ me presento ante V. Mag. en grado de se-
 „ gunda suplicacion, con la pena, y fianza de
 „ las mil y quinientas doblas, que dispone la
 „ Ley de Segovia, de ciertas sentencias dadas,
 „ y pronunciadas por vuestro Presidente, y
 „ Oidores, que residen en la Villa de Valla-
 „ dolid, en el pleyto que el dicho mi parte
 „ trata con Fulano: á V. Mag. suplico me
 „ haya por preferido en el dicho grado, y
 „ mande nombrar Jueces, que vean, y de-
 „ terminen el dicho pleyto, en lo qual recie-
 „ biré muy gran merced, &c.

148. Su Magestad responde á esta peticion,
 que lo remite á los de su Consejo, y el Supli-
 cante con la dicha peticion, y lo en ella proveido,

y su Testimonio se presenta en Consejo, pidién-
 do le manden dar la ordinaria, para que el Se-
 cretario de la Chancilleria, donde pendió el di-
 cho pleyto, embie el proceso al Consejo, citada
 la parte contraria, y en el Consejo suele la par-
 te contraria oponer, diciendo, que en el dicho
 pleyto no hay grado de segunda suplicacion,
 por no concurrir los requisitos necesarios,
 que arriba diximos. (b)

149. Y de allí adelante se procede en el pley-
 to por los dichos Señores del Consejo; y del Auto
 que pronuncian, sobre si hay grado de segunda
 suplicacion, ó no, no se puede suplicar, ni se ad-

mite suplicacion, como lo dispone la ley 5. tit.
 24. lib. 4. Recop. Y declarando haver lugar el
 dicho grado de segunda suplicacion, los dichos
 Señores del Consejo ven el proceso en el artículo
 principal, y por los mismos Autos de él, que vi-
 nieron de la Chancilleria, lo determinan, sin
 admitir alegacion alguna, como está ya di-
 cho. 150. Que omnia circa interpositionem
 secundæ supplicationis sat erit me dixisse, &
 ca quidem non solum meo, verum etiam
 Advocatorum, & Jurisperitorum hujus nos-
 træ tēpeltatis maturo prælimato Consi-
 lio.

(b) En el tercero artículo de este Tratado, desde el num. 22.

FINIS SEPTIMÆ PARTIS HUIJUS PRIMI TOMI.

OCTAVA PARS, HUIJUS PRIMI TOMI.

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI
á Judicibus in Syndicatu.

EX PROEMIO SUMMARIÆ.

1 J Udicēs, durante tempore administrati-
 nis, conveniri nequeunt super rebus á
 se male gestis.

2 J udicēs omnes tenentur rationem reddere
 sue administrationis, post eorum officium de-
 positum, quod á Sacra Scriptura originem ha-
 bet.

3 J udicēs á Principe creati ad aliquem Magis-
 tratum, tenentur prestare cautionem fidejussori-
 am de bene administrando, & stando syn-
 dicatu, finita eorum administratione, intra tri-
 ginta dies á die sue receptionis in Concilio Loci,
 quantumvis facultatibus abundant.

4 Fidejussores á judicibus commisi, sed
 tantum ad interesse, respectu damni Republicæ
 illati, non vero pro damnis illatis privatis per-
 sonis, nec pro male gestis extra officium, vel
 tempore prorogationis, nisi generaliter in om-
 nem causam se obligaverint.

5 Fidejussores judicum, vel Magistratum
 non debent prius conveniri, quam ipsi J udicēs,
 vel Magistratus, licet beneficio excusationis re-
 nuntiaverint.

6 Magistratus cujuslibet administratio per
 unum annum durat, & ex Principis pro-
 voga-

tionē per biennium.

7 Syndicatus dicitur, quasi de querelis sin-
 gulorum sermo, & quis propriè dicatur Syndi-
 cus, traditur.

8 Syndicatores J udicēs tenentur observare
 omnia contenta in litteris suarum commissio-
 num, & capitula Correcctorum, qui re syndicari
 debent.

9 Magistratus, & reliqui Officiales Reipub-
 licæ tenentur syndicati stare per triginta dies
 á die quo J udicēs Syndicatores se presentave-
 rint cum litteris suarum commissionum.

10 Termini omnes possunt cumulari in cau-
 sa syndicatus propter infantiam brevitate.

11 Syndicatus causæ intra triginta dies sunt
 pertractandæ, quibus elapsis, Magistratus, &
 reliqui Officiales non possunt conveniri super
 occultis causis ex officio tractandis, & quid de
 causis ad instantiam partium motis, traditur.

12 Magistratus, & eorum Officiales, du-
 rante termino triginta dierum Syndicatus, non
 debent recedere á loco officii sui, & per se, non
 per Procuratores causas agere debent, nisi in-
 tra triginta dies causæ non fuerint finitæ, alias
 ejus fuga facit inditium ad torturam.

13 Magistratus fugiens intra triginta dies